Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



140 198

Deus qui diligentibus te bona inuisibilia
preparasti: in corde nostris tui
amoris affectum: ut te in omnibus et super omnia di-
ligentes promissiones tuas que omne desiderium
superant assequamur. Per dñm nr̃m ihesum xpm filium tuum. Qui
cum eo viuit et regnat in vnitate eiusdem spiritus sancti deus per omnia
secula seculorum. Amen. Lectio epistole beati petri apostoli.
Omnes vnanimes in oratione estote.
compatientes fraternitatis amatores
misericordes modesti humiles: nõ reddentes malum
pro malo: uel maledictum pro maledicto: sed econtrario
benedicentes: quia in hoc uocati estis: ut benedic-
tionem hereditate possideatis. Qui enim uult uitam
diligere et videre dies bonos: coerceat linguam
suam a malo et labia eius ne loquantur dolum.
declinet a malo: et faciat bonum: inquirat pacem
et sequatur eam: quia oculi domini super iustos: et au-
res eius in preces eorum: vultus autem domini super
facientes mala. Et quis est qui uobis nocere si
bonum emulatores fueritis. Sed et si quid patimini
propter iustitiam beati. Timorem autem eorum ne timue-
ritis: et non turbemini. Dominum autem christum
sanctificate in cordibus uestris. Gr. Protector
noster aspice deus et respice super seruos tuos. V. Domi-
ne deus virtutum exaudi preces seruorum tuorum. Alla. V. Inte
dum spam nõ effundar in eum in tua iustitia libera me: et
eripe me in clina ad me aurem tuam accelera ut eripias me
Ps. Cum turbe irruerent. Secundum lucam
in illum: ut audirent uerbum dei: et ipse sta-
bat secus stagnum genesareth. Et vidit duas na-
ues stantes secus stagnum. Piscatores autem
descendebant: et lauabant retia. Ascendens
autem in vnam naui que erat simonis: roga